



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Prvdentia Ivstorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniae Agrippinae, MDCXIV

Cap. XI. Hortatur ad custodiam cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46940)

meo quam mundo seruire. Et dabo vobis cor carneum, ablata duritia vestra, vt iam sequamini me, & voluntas vestra requiescat in suauissima lege mea.

CAP. XI.

Hortatur ad custodiam cordis.

FILII, omni custodia custodite corda vestra, nequè in hac vigilia dulcissimæ dilectionis vnquam dormitetis. Custodite corda, sicut amatores mundi custodiunt aurum, ne fortè per ingritudinem, vel incuriam, pereatis de via iusta. Ne admittatis consilia hominum, qui sanguinem meum æstimare nesciunt, & salutem æternam suam, non magnopere curant. Murum enim circumdate cordi, ne hostes vestri nocendi cupidissimi, ædificium spiritus euertant. Ego noui fragilitatem cordis humani, quod facile seducitur, vt in varios amores diuidatur. Experientia quoque scire potestis, quoties cor vestrum captiuum egrediatur à seipso, vt seruiat creaturis, quarum voluptate trahitur. Vigilate, & diligentissimè caute tactum mortuorum, quibus plenus est

nus est

o-
a,
e-
ea.

ite
lia
ni-
res
per
tis
o-
na-
m,
um
no-
tus
dis
in
tia
ve-
, vt
ate
ca-
le-
est

nus est mundus, ne fortè moriamini. Templum Dei sanctum est, quod estis vos: caute ne domus mea, quam decet sanctitudo, profanetur. Præmeditami- ni occasiones peccatorum, vt decline- tis eas: & dum iter facitis per terrena commercia, vbi affectuum pedes pul- uere humano sordescunt, etiam pulue- rem pedum vestrorum excutite. Laua- mini frequenter, & postquam loti fue- ritis, iterum emundamini: nam, & qui lotus, & mundus est, indiget vt lauet pedes. Nequè vobis asperum videatur consilium meum, quia vestra corda ar- dentissimè diligo, propterea que vo- stulo, ponatis me vt signaculum, su- per illa, vt ego illorum Dominus co- gnoscar. Fortis enim est, vt mors dile- ctio, & implacabilis amoris æmulatio: atquè ideo ferre non possum cordis vestri consortes. Seruate ergo fideliter vos ipsos mihi, & intima consolatione lætamini, quia vos totos solus ego po- stulo, & non est mecum Deus alienus. Quid enim dulcius vobis accidere po- test, quàm mei iuris, & regni esse, to- tisque visceribus adhærere mihi? Vti-

nam verba hæc mea penetrarent animas vestras, & vos ad æternam cordis custodiam excitarent. Posui ego ex infinita bonitate erga hominem totum cor meum: æquum ergo erit, vt homo cor suum totum mihi reddat. Grati igitur estote, filij: & escam hanc suauissimam mihi afferte. Et ego, qui exigua munera non despicio, magnum sacrificium hoc odorabor, faciamque vt iugiter ardeat in altari meo. Et demum eius suauitate allectus attraham vos ad me ipsum, & recondam vos fidelissimos seruos meos, cordisque custodes, in thalamo, quem filix regum cupierunt, hoc est in penetralibus tennerrimi cordis mei.

CAP. XII.

Instruit tentatos.

FILII, oportet vos probari, si accepti estis Deo, vt ego in vobis glorificer, & vos maiori gloria coronemini. Aurum probatur in igne, & homo in camino tribulationis. Confortamini, & estote robusti, nec vlllo modo seruiatis Philistæis. Nō vos relinquā, vel patiar ten-